A Malafranczos morbo galloꝝ preseruatio ac Cura a Bartholomeo Stëbër Viennensi artium ⁊ medicine doctore nuper edita.



Hieronimi Balbi ad lectorem.

Epigramma

Tamquam pauca forent vùlucris discrimina vite
En noua iam toto serpit in orbe lues
Membra tumēt sanie: tumet atro pustula virus
Fedaqʒ tabescens vlcera corpus arant
Sed bene quod chiron nostroqʒ epidaurius euo
Attulit optatam bartholomeus opem

Bartholomeus Stěběr Vieneñ. pãnonie artiũ ⁊ medicĩe doctor. Briccio p̄post Ciliaco: artiũ sacreq; Theologię ꝓfessori: incliti gymnasij Vieneñ. Rectori magnifico. Salutem.

Rogatus a qbusdã mei amãtissimis/ rector magnifice: de Morbo quẽ gallicũ dicũt/ meã afferrẽ sententiã. Nouitate rei ac magnitudĩe pterritus (diuini eñ aliqd non imerito: huic ętati nrę inaudito inesse putabã supra vires ingenij mei/ de illo aliqd audere existimans: virosq; clarissimos reꝝ causas: quantũ hoĩ de supis scire datũ sit ad vnguẽ pcallentes: neq; mussitare aliqd de ea re vidẽs ⁊ si aliqñ paꝝ sentire cępissez: pedẽ referẽs: potius prudẽter tacere/ ꝙ temeritate quadã me ridiculosum exponere/ mag; cõsultũ putabã. nisi pditissioꝝ quorũdaz/ viliũ/ abiectorũq; hoĩm audatia. vt ad cęptuz redirẽ. mihi occasionẽ dedisset. Qui nedũ phię prima rudimẽta ignorantes: verũ primorũ que p̄reqsita sunt. elementoꝝ expertes: nõ hoĩm salutis: sed ęris cõgerendi: explendiq; ventris grã: miseris hoc morbo gallico afflictis: vnico antidoto. õ medicis (forte alicubi furtim acquisito) mederi p̄sumunt. Vane iactantẽs se quid secreti hr̃e: ad hãc ꝓpulsandã fędã ęgritudinẽ: medic; q̃ ad causam/ prorsus icognitã. Nec vllã nos opẽ/ hac ęgritudine laborãtib⁹ ferre posse/ audacter neqssimi clamãt. Tantã medicę artis ꝓfessorib⁹ ex spurcissimis hoĩbus tã iniq̃ fieri infamiã (vt par erat) plurimũ dolẽs: in re cepta pergere statui. Tuę aũt magnificẽtię inumera in me bñficia: singularemq; beniuolẽtiaz qua me semp humanissime ꝓsecut⁹ es. tuaz deniq; ãplissimã dignitatẽ anĩo ꝯplectẽs/ has meas p̄micias: tibi moderatori nostro dedicare certũ erat. Rem tibi offero paruã (magna eñ humoris meis minime ęqua sunt) Cuius plurimũ rogo: iudex ⁊ censor esse velis. Male erratoꝝ castigator. Penes te sit: in publicũ ꝓdeat: aut priuatũ delitescat Quo mihi tuo Bartholomeo/ nõ paꝝ gratificaberis: donec vixero tuę magnificẽtię officiosissimo. Vale nostri gymnasij decus.

ℭ Probatio nõ esse Leprã.

Aristotelis consuetudinẽ imitari volens prius q̃dam ꝯfutare cõstitui: tandẽ qd̓ rectius visum fuerit/ dicturus. Lõge hunc morbũ a lepra esse alienũ facile probat. Cũ nedũ cutis verũ quę penitiora sunt/ epar cerebrũ/ p̃sertim cordis radicalem humiditatez fędus hic morbus cõplectit: adeo/ vt in fine hoĩs mẽbra dissolui videant/ ꝛ ferme incinerari. humidi (qd̓ instar glutinis erat) priuatiõe. Testẽ recipiam⁹ Auicennã/ tercia q̃rti tractatu tercio/ in hec verba scribentem. Lepra est infirmitas mala/ proueniẽs ex sparsione colerę nigre in corpe toto: quare corrũpit cõplexio mẽbroꝝ/ ꝛ forma ꝛ figura ipoꝝ. ꝛ fortasse corrũpit in fine eius ipsoꝝ ꝯtinuitas: ita vt corrodant mẽbra ꝛ cadant. casu qui fit ab vlceratione. Item Auerrois tercio colliget/ dicit/ primã leprę infectiõez esse in corde: ideo genitus ab eo est leprosus qꝛ passiões cordis q̃ sunt in generãtis corde actiue vel passiue: tandez sunt in generato. Si alia signa ab auctoribus scripta obseruãuerimus. Manifestũ erit hoꝝ nullam esse cõmunicationẽ cũ hoc morbo gallico.

ℭ Quod non morphea.

Facile quorundã sententia ꝓpulsat/ hunc morbuz morpheã aut baras esse cõcertantiũ. Offerat nobis fen septima/ q̃rti canonis tractatu scđo nr̃i Aboali/ inquientis. Morphee causam esse debilitatez opatiõis alteratiuę q̃ñ non assimilat assimilatiõe integra qd̓ in telligendũ/ morpheã esse ex mala cõplexione totius cutis interioris ob sparsuz flegma/ aut nigram colerã: quę principio qdem. ob inbecillitatẽ epatis ad cutem expulsa: tandẽ longiore mora/ cutẽ fere alienã a radicata sua cõplexione fecerũt. Succedentẽ tandẽ sanguinẽ: vt nutrimentũ inficiũt ꝛ pegrinũ reddũt. Longe aliter patẽtibus oculis/ cernim⁹ hunc morbũ/ exteriorez occapare cutẽ: sine forti impressione aliquãtulum quidẽ vlcerantez/ sed cõplexionem non corrũpentem. eumqz punctatim/ non totam cutem cõphendere videmus.

ℭ Quod non phlegmon.

Nec laboriosuz est cõuincere has ĩ corpibus nũc pustulas: neutiquã de hoꝝ apostematũ esse natura/ de quibus Auicẽna distinctionem fecit: tercia quarti: tractatu primo. partim calidis: vt flegmonibus: herisipilis: partim frigidis/ vt glãdulis: vndimijs/ sephiris. Non flegmonẽ quis dicet/ q paꝝ saltẽ phisice poterit ratiocinari: eius insepabilia accñã: terciodecimo terapentice/ colligens: inflãmationẽ videlicet fortem/ ne dum in loco apostematis: verum in toto corpore: vt tangẽs calorẽ fere igneũ manu ferre nõ possit: cũ febre quadam cõtinua: cum tensione quadã dolorosa: ruborem videbit abundantẽ: tumorẽ cum quadã duricie: ⁊ vt plurimum tendere ad saniem:: q̃ oĩa in morbo isto abesse videmus.

ℭ Quod non Herisipilia.

Herisipilam esse nemo astruet: quã apostema dicim⁹ colericum: ex colera naturali sepata a sanguĩe. Cuius grã/ colera plus effrenis/ ad membrũ aliqd expulsa ruborẽ afferet/ cum quadã claritate: ⁊ intensa inflãmatione. Nec locus excessiue tumet: sed modica eleuatio/ cum quadã duricie ⁊ rubore apparet. Nec febris deest/ nihil hoꝝ hic cõperies.

ℭ Quod nõ ignis persicus.

Ignem persicũ: quem ⁊ sacrũ ignẽ: carbonẽ: prunam/ medicoꝝ cetus nomiat: nemo/ nisi temere. hunc morbũ esse dicet Si peritissimoꝝ saltem/ medicoꝝ signa p spexerit. Non em̃ comestiu⁹ est: non ebuliens: nec virus in eo ad nigrorẽ accedit. Ignis em̃ psici natura est/ carni se ĩmergere/ in quam se abscõdens: carnem perinde vt cauteriũ consumit. Unde locus reddit̃ niger/ plumbeus. Nec mora est quin subito ĩ mẽbrũ imprimat. Cuius causa est. teste Galieno de apostematibus: ⁊ Rabi Moyse: vigesimatercia pticula/ ex sanguine:

cui accidit ebulitio: adeo/ q̄ cutem cōburit. Subtili eñ sa-
guine colerico inflāmato/ ꝛ putrido: subtile transit in colerā.
quod supsit/ in melancoliā. quibus aggregatis ꝛ in singlare
membrum piectis: fit hic Carbo / vel psicus ignis. Ex hoc
differentiā a Cancro accipimus: qui solo cinere/ melācolie:
vel colere relicto: prius resoluto subtiliori pte: vix curanduȝ
vel apostema vel vlcus afferre solet. hoꝝ neqȝ ignis persici:
neqȝ Cancri seuiciem/ hūc morbū inferre certū est.

ℂ Quod nō Cancrena.

Quis erit. nisi mentis inops. qui hunc morbū Cancrenam
aut estiomenū esse contēderet. Non eñ accidit cācrena nisi
ad eā ebulitionē sanguis pueniat: vt portio tandē melācho-
lię/ minus grossa putrefiat. Quę cum sit infieri Cancrena in
promptu addest. Si precexerit ad putrefactū esse: estiomenus
dicitur: membrum perdens ꝛ mortificans.

ℂ Quod non Antrax.

Ex iam firmato seq̄la est neqȝ hunc morbum Antracē/ siue
Althoin ex aliquo noiari posse. cū Antrax apostema sit/ ex
sanguie ebuliente: cuius grossior portio melancholię est pu-
trida: nō adusta: qua putredine materia melāc holica: quan-
dam est nacta venenositateȝ. Unde vapores subtiliatiq̄: per
artarias/ regionē cordis attingentes: citā mortē inducūt.

ℂ Quod non Glandule.

Undimias: glandulas/ nodos quis crediderat/ cūm sint de
genere materiei/ durę: melancholicę/ nō vlcerātis: secus hic
videmus. Nihil deniqȝ est/ quod saphati hūc morbuȝ nos
cogeret appellare. cum volētibus vna sentētia oib⁹ medicis
tm̄ faciē ꝛ caput/ saphati occupare: nec ipm/ ipetiginē dices:
q̄ sicca est nō virulēta: nō vulgarē scabiē nūcupabis q̄ veruȝ
sit in ꝑpatulo est: si accidētia ꝯtēplari velis.

¶ Propria hic dicit̃ sentẽcia.

Post prioꝝ ꝯfutatoꝫ: nũc restat qd de gallico sentiã morbo ⁊ q̄ sit iudiciũ meũ. Pustulas qb⁹ hoies nũc male torquẽt/ sordidas/ ⁊ vlcerãtes/ ex pluriũ hũoꝝ non vni⁹ generis corruptiõe/ emergere: comitãte q̃daꝫ adustiõe ⁊ nitrositate: sed materię diũsitas ex accidẽtiũ varietate dinoscit̃. Pustulas plures/ sanguini has flegmati: alteras melãcolię, ꝑiores esse nõ dubitãdũ est. Illa tñ varia humoꝝ genera: ob infusaꝫ quandã incineratiõẽ seu adustionẽ, aliq̃ntulã cõsecuta sunt acuitatẽ igneã. Hic est/ ꝙ huõres hi expoliati sũt ab ea potentia/ qua in reintegrationẽ essent in cessantis resolutiõis/ humidi nutrimẽtalis ⁊ radicalis: factę a calore nr̃o: qui cõpositus/ partim cęlestis ⁊ suauis/ partim igne⁹ est. Inutiles itaqꝫ illos humores/ natura presentiẽs: nitit̃ eos expellere a membris dignioribus ad loca ignobilia: ne intus latentes nocui/ hominẽ perdant. Sagax autẽ natura/ ꝯuenientẽ expulsioni regionẽ cutẽ ordinauit: probãte illud haly abbate scd̃o theorice/ in hec verba. Homis cutis ceteris animaliũ corijs debilior est: qm̃ simul cum his que ꝑposita sunt in ea/ proposuit vt receptiua esset sup̄fluitatũ ad ipsam defluentiũ qs repellãt: illa vicina mẽbra. Sꝫ grãdis videt̃ in his pustulis diũsitas. in figura: mollicie/ duricie: virulentia: colore: ardore: dolore ⁊ vlceratiõe: hic plus alibi min⁹ imprimente. Varietatis causaꝫ sic cõtemplemur. Si fortasse sanguinis naturã pustule plus accesserint: vident̃ rubescere: cũ quadã obfuscatione ⁊ sub nigredine aliquãtula: mediocri grossitie ⁊ tumore. Causam hic dico sanguinẽ/ humore quodã melancholico modicũ adusto infectũ: ea tamẽ adustone/ nõ ducẽte melãcholiã extra sue naturę latitudinẽ. Unde terreũ mixtũ humido/ terminat ip̄m, qui sanguis hac imutatione foras propuls⁹: etsi intus calore sit subtiliatus: per poros exclusus ob naturã terreã cũ humido frigore circũstantis aeris/ congelatur. Idqꝫ frigore cõstans: a succedenti humore trusum subsequit̃. Succedit iteꝫ alter: donec ꝓmineat aliqd magni:

quod tuberosum ferme videat in modū papille mamillaris: vlceratis circa radicē/vel basim eius. Ulceratiōis ratio in promptu est: ob vestigiū adustionis/sua siccitate subtili: cū caliditate/soluētis humidū glutinās: inde fit dolor. Omnis autem dolor: dicēte Galieno. ex acuit reuma: idest dolor est causa cōcursus humor. quib⁹ in repleto corpore: corruptis abundātissime aduenientibus: fit qdam virulētia fetida: ob negligentem calorem: quasi desperantez de hac digerenda materia.

Quomodo ex melancholia.

Si autem plus fuerit de melancholico humore q̄ sanguis: pustulę papillares: sunt duriores: plus comestiuę ꝛ rodētes: nisi viscosus quidaz humor flegmaticus sit imixtus: q pro-hiberet: tam validā impressionis seuiciem. Maior vero fit vlceratio/quāto adustio sit fortior.

Quō ex flegmate.

Fit vt flegmati aquoso/ad modū tenui: qd indigestū naturę despicit: aliquid adustę colere: aut melancholie: non quidez in vltimo adustionis permisceat. Cuius gratia exurgit fle-gma nitrosum aut salsum. quod sanguini cōmixtū: ipsuz sanguinem naturę odiosum reddit: quē tanq̄ perniciosuz natura segregat. per eam vt prius regionē: videlicz cutis foramina. hic humor fluido flegmate liquidior factus: non facit duriciem: neqz pminentiā magnā/propter humidū. qd terminatur alieno/nō pprio termino: sed escaras: aut crustas (modo loquendo medicoꝝ) cōficit/amplas: vlcerosas: cum virulentia quadam fęda: corrosiuas magis vel min⁹: scdm intensiorez vel remissiorem adustę colerę cōmixtionē: exurgūt de hoc genere/pustulę rubentes tendentes ad albedinez: si flegma sanguinē superauerit. Si nihil sanguinis assit: vides crustas albas/cum quadā citrinitate. si colere sit vstio. Aut subnigrescūt: si melancholię adustio sit imixta.

¶ De causis antecedētibus.

Causaꝝ antecedentiū ratio habet̃ ex longa temporis habitudine plurimū humida: cuius grā factis paucis resolutionibus: plures humores mali sunt cōgesti: ꝑsertim neglecta debita dieta: dicente Hypocrate tertio Aphoꝝ. cōstitutiones anni oīno quidem sicce/pluuialibus sunt saniores. Consonante ad hoc Galieno in comēto eiusdem hac sententia. In siccis temporib⁹/humiditates desiccant: in pluuialibus adunant̃: ⁊ putredines augent̃: si non quibuslibet dieb⁹ corpora mūdificent̃. Balneis em̄ nō ꝯsummūt̃: nisi que cuti vicinant̃. Accessit ad hoc plurimū dieꝝ succedentiū/crebra in qualitatibus varietas. iam ad calidū: iam ad frigidū: subita quadam mutatiōe. hinc humorū varietas necessario exurgebat: cum debilitate caloris relaxati: humores reglare nō potentis. Ad hoc est testimoniū venerabilis senis Hypo. iterum tertio Aphoꝝ in horis quādo eadem die aliquando estus: aliquādo vero frigus/autūnales egritudines expectare oportet. idest morbum de materia adusta ob incinerationem versa in melancholiam.

His ergo coadunatis humoribus superfluis: ex quadam vniuersali causa celesti cōcurrente: crudioribus factis: tandem adustis: variarū pustularū exuberantiā/euenire necesse erat. Que minus vel magis corpus humanū affligētes: intensiori vel remissiori adustione: cuti se infigunt que varietas in aperto est. Si discretionē etatis: sexus: regionis: complexionis ⁊c̃. aduertere voluerim⁹. Uisum est deniq̃ in calidioribus regionibus: hoc morbo prius laborasse homines: tandē frigidioribus: ob varietatē passibilitalis corporum: merito regionis cōtractam.

Superest dicere de quibusdā accidentibus: ⁊ causis eorū- dem. Quare primum circa pudenda pustulę appareant. Ratio est viaꝝ largitas circa seminaria vasa: a venis emul gentibus/⁊ arteria adorti: imediate ramificata. Per quorum amplitudinē/vel prope ob caliditatē magnā. Nō obstante illoꝝ reuolutiōe varia quod malū est propellit. Non quidem ibidez stans: sed lōgius/vsqz ad veretrū vel pudēda. tanꝙ locum spongiosum. Alias vrine: tanꝙ supfluitatis capacē. Similis ratio. cur fauces occupent: ob illaruz partium raritatem spongiosam: humorū facile susceptiuā: id euenire certū est.

Doloris articulorū causam afferre non est difficile. Quę quidē non ęque singulos afficit:sed ob grossiciei ⁊ subtilitatis adusti humoris varietatē: musculos seu neruos: plus vel minus ledens: solutionē ferme cōtinui faciendo: seuiorem vel magis remissum infert dolorē.

De causa vniuersali supcęlesti.

Causam vniuersalē indagare libet. ꝙ a superiorū est influxu. Omne em̄ qđ in hoc mundo oritur: causam correspondentem: ⁊ ꝯsignantem habet in celo. Vultus em̄ huius seculi: subiecti sunt vultibus celi. testante summo Aristotele: primo Metauroꝝ his verbis. Necesse est mūdum inferiorē contiguū esse lationibus superiorū: vt tota virtus inde gubernetur Variatis ergo cōfigurationibus stellaꝝ erraticarum alterant̄ inferiora/dura ⁊ terrea: accioni alterantis reniti potentia. quanto magis facilius corporis humani: aquosi humores fluidi: impressionis superioꝝ capacissimi. Qui ob quinqz cęlestes cōfigurationes et quidem magnas: eam quam nunc habent nocēdi ꝑmtitudinem receperūt. Prima erat ex duorū suprioꝝ/Saturni ⁊ Iouis cōiunctione. in xxiij. gradu scorpionis/Marte existēte in octaua domo. que domus ē mortis: ⁊ in xxvij. Arietis in summo testimonio. Facta hec coniunctio Anno Christi. 1484.

Simile de vniu̅sali fere Solis eclipsi In anno dn̅i 1 4 8 5
Marte item in medio celi/iu signo hu̅ano. Coniu̅ctio̅e vero luminariu̅ in quinto Arietis. Successit statim ecclipsis aliquot quidem pu̅ctoꝝ In anno domini 1 4 8 7 xx. Julij/coniu̅ctione luminariu̅ iu leone facta. Marte in medio celi in virgine signo humano qui dominus erat signi ascēden tis Scorpionis: Saturno fere in ascendente. Accidit Anno dn̅i. 1 4 9 4 xxiij. februarij duoru̅ superioꝝ Jouis et Saturni opposito/Saturno in piscibus signo aquatico existente: domu̅ Jouis inficiente. Cuius tēpore prioꝝ dictaꝝ configurationu̅ effectus apparuit. longius quidem durās videlicet pestis: tandem reliquie aduste: nō qdem putrefacte/ex vario humoꝝ genere/hunc quē Gallicu̅ morbu̅ dicimus afferentes q̄ apparere inceperāt circiter/decēnalez reuolutionē Saturni in Ariete: q̄ in tercentu̅ annis suā piodum explens: semꝑ mutationē mirabilem toti iufert mu̅do. Unde fit hu̅oꝝ grossoꝝ melācholicoꝝ generatio. ⁊ flegmatis cruditas: ob Saturni naturā: cum Martis dominio adurentis. quibus duobꝰ tanq̄z nature humāe summis hostibus siml' cōplexis: sua inualescente homini aduersa natura: calorem naturalem/⁊ spu̅s deijciu̅t. Uirtutem regitiuā prosternu̅t. non potentez dirigere humores: vt essent cōuertendi in substantiā aliti. ꝑ maiore parte sui: sed potius mala qualitate affecti/crudi ⁊ adusti excludunt'/Si vlla sit nature vis relicta. Quod quidem in hoc morbo factu̅ est. ex ꝑualēte benignissimo sidere humane nature amico/Joue: vitaz humanā (q̄ztum esset ex se) ꝑpetuante. fit expulsio eoꝝ q̄ nature sunt nocua: cum fortitudine nature/expellentis ad longinqua: videlicz cutē que scd̄m expulsi naturā vlcerat': apostemat' varijs deniq̄z doloribus afficit'. Signo quidē bono: (quia ꝑualescentis nature) causa mala.

Ex his inferendu̅ est: non vnius generis materie has esse pustulas ⁊ vlcera: nec certo posse locari capitulo. Sed varietate materie ex qua: ⁊ adustionis: nō quidē nimis multu̅ adurentis: seuioris tn̅ q̄z in scabie vulgari aut pruritu ipri-

mentis diuersitate: fit nominū (de quib⁹ nihil ad medicū) etiam cure variatio. Preterea ob materie multitudinem in toto corpe / ⁊ oībus membris / tertia digestione / tanq̄ minus aptā a natura derelictā / fit per omia membra pustularū expulsio scdm̄ variam materie naturā: semper quidem aduste.

ℭ De medica applicatōe seu antidotis.

Post causarū morbi cōtemplationē: actiua passiuis debite applicare intētio est. Primo ne malū superueniat p̄munire. Secundo si humanū corpus hoc malum inciderit reparare. ℭ Quo ad p̄seruationē: oculus habeat ad sex res non naturales q̄ sunt Aer / cibus ⁊ potus / Sōnus ⁊ vigilia: motus ⁊ quies / inanitio ⁊ repletio / ⁊ accidentia anime / idest passiōes aīe. Ira tristicia timor ⁊c̄. Dimisso acre (quē pauci admodū aduertūt) vel qualitē eius subterfugere nequūt. De cibo dicimus. Qui nō sit salsus: non amarus: non vnctuos⁹: nec excessiue dulcis: nō acutus neq̄ nimis grossus. Ex his em̄ humores eueniūt hoc tempore: hunc morbū minantes. Quoꝝ dicere rationē longū esset. vigilię modū excedentes humores exacuūt: vt adustioni paratiores fiant. ℭ Exerciciū quidem bonū ⁊ salubre: sed in corpore cacocimico: hoc est pleno malis humoribus / nisi prius mūdatum fuerit: plura mala educit. ⁊ excitat qđ quiete latuisset. mouens ⁊ nō educens. ℭ Simile de balneo in corpe īmundo Sed summū in hoc morbo studiū: quod malū est in corpe euacuare: p̄missa ꝯtemplatione cōplexionis / etatis / sexus / quoꝝ diuersitate materie peccātis varietatē habere possumus: si vlla sit humoris malicia. Conijcere em̄ oportet. si aliquis in corpe ad hanc egritudinē ꝓportionalis sit lapsus: cum aduertentia venaꝝ amplaꝝ q̄ si vise fuerint tumētes: cū alijs adiectis cōdicionibus / fiat ex vena quā purpuream seu mediā dicimus / cōpetens phlebothomia. Non tm̄ (vt qdā male estimāt) vsq̄ ad liptotomiam / exco quia morbus non

adeo acutus/dans inducias. Minutione sanguinis celebrata: deni sanguine mūdificantia: inter q̄ plurimū valet aq̄ lact': nisi maius pctm̄ humorale supfluat: quo iuitamur/ad fumū terrę: tanq̄ medicinā leuiorē: tandem ad folia sene: in aqua lactis cocta/cū admixtione ephytimi. Si fortasse inobedientia humoꝝ visa sit/ɔfectionē hamec non abhorrebimus/cum dyaphinicone in sexu mlīebri: vel flegmatica habitudine/Stiptica: mediocris q̄dem vt esse possit decoctio: ex rosis rubeis: semine acetoso/semine portulace/cum additione modica Spodij sumach: Bolaustiaꝝ. Indubie bona tamē cautione pdessent: si sufficiens fuerit pmissa euacutio: alias nequaq̄.

Cure modus breuis.

Si pustulaꝝ aliquātula visa sit apparentia: per cutē sparsa: nulla in principio fiat phlebothomia: neq̄z vlla p ventrē solutio. Sed naturę porrigentes auxilia/eam imitemur cōsulente nostro Hypocrate prima pticula aphoꝝ his verbis. Que ducere oportet vndecūq̄z/maxime natura repit: inde ducere p cōuenientes regiones. Galienus comēto eiusdē: cutē purgationū nature ɔuenientē locū dicit. hinc est. pānis calidis/cuti appositis: poros dilatantib': alijsq̄z mediocriter quidē calidis: fieri adiutoriū. Stufas vero nimis calidas: aut aereū arte factū balneū/quodā excessu abhorreamus. Hec em̄ plenitudinē agitant: non educūt. Hinc multa possint emergere nocumēta. Decoctiōes aperitiue tūc pderunt: adiūctis quibusdā leniētib': non posthabita modica stipticitate/in hac forma.

℞. Ficuū siccarū semis: feniculi passulaꝝ: seminis fenugreci radicis petrosilini aā. vnc̄ semis: lentiū excorticaꝝ: mirtilloꝝ aā. drag. vnā ꝛ mediā: coquant in aqua pro cōsumptiōe medietatis: colature addatur zuckarꝫ.

Illud annotet. Si in solis pudēdis pustulę vlcerātes apparuerint: alias in cute non apparētes: ꝛ phlebothomiā/ꝛ so-

lutionem ante pustulaꝝ exitũ ad cutẽ fieri posse. Postq̃ certum habeat: nõ plus de pustulis pullulare: fiat sanguis minutio/ vbi fieri debet: ventrisq̃ꝫ euacuatio: cũ his q̃ supius dicta sunt. vt electuario hamec: pil. de fumo terre in corpib⁹ teneris: cum decoctiõe folioꝝ sene: in quã dissoluat alq dyakatboliconis: premissis digestiuis/ scõm diuersitatem materie plurimũ valet Siruppus de Bizantijs: ob ingredientia ptim humida: ꝛ ptim resoluẽtia: cũ Siruppo d̃ fumo terre. Siruppus acetosus: in phegmate salso/ nõ est postponendus. Sed neutiq̃ꝫ electuariũ d̃ succo Rosoꝝ: aut Reubarbaꝝ tanq̃ꝫ medicine basis: adhibendum est: qm̃ colere pure euacuatiuũ vtrũq̃ꝫ est. Cuius pctm̃ puri humoris hic nõ cernit. Quo pluriũ est error. nec antecedẽs causa videt.

De Medicinis Localibus.

Localiũ medicinaꝝ in hoc morbo cõpositionẽ fieri oportet: ob variã intentionẽ remouẽde materie peccantis. cõsiderare oportet: medicine vim abstersiuã: cũ quadã cutis ꝯfortatione: hoc est modica stipticitate/ cũ vlceris exiccatõe ꝛ mũdificatõe adustionisq̃ꝫ extinctione. Nõ neglecta in fine cõsolidatiua medicina cicatrisatiua seu cutis factiua. Hec alterare oportet: varietate decurs⁹ tpm morbi/ p̃ncipio/ augmẽto/ statu ꝛ d̃clinatõe. q̃ soli ingenio docti medici/ sũt relicta.

Medicine abstersiue: nõ sint nimis calide: ne vlcerib⁹ fiat mordicatõ: nisi aliqd sit: ad h̃ inuitans/ sordidũ ꝛ virulentũ: indigens euulsione sui. hinc est q̃ vitriolũ: alumen vstum: nõnulli (non quidem semp male) apponũt.

Vulgaria abstersiua sunt: Farina ciceꝝ/ farina fabaꝝ excorticataꝝ: farina lupinoꝝ: Litargiriũ cũ infrigidatõe: mirrha cum mũdificatiõe. Sed puluceres Ellebori nigri: staphisagrie ireos nisi in modica quãtitate loco stimuli/ apponenda sunt: si vlla sit pustule remouẽde grossicies.

Pro sola pustularum exiccatione/aq̄ salsa sufficeret: Lane oui um infusa et apposita. Aliqd olei rosarum/ob lenicionē et īfrigi-dationē admisceri pt. Sz vlcere facto: remota escara: det illud Guilhelmi placentini.

℞. Litargirij arte abluti: farine risi: ossium vetustorum. semis melonū: farine cicerum: fabarū excorticatarum: lupiorum excortica-torum puluerisent/et misceant. cum mustilagine de psilio: aut fe nugreci. vel seminis lini.

Loca vlcerosa emplastrent. et [illegible] vlcerū nō apparebit. Si vero: tāta fuerit [illegible] vstum in pncipio non negligat: Donec deposita virulētia/ sufficienti habita mundificatione/cōsolidationi vlcus obediat.

Poterit fieri et istud vngentū.

℞. Thuris: mastic: litargirij an. ptem vnam: Aluminis vsti partē quartā. Ceruse partē mediā: Terbentine/et olei oliue quantum sufficit pro vngento.

Ab argento viuo quantū poterimus caueamus. presertim circa regionem stomachi et epatis: et capiti plurimum obest: omnibúsqz neruis.

Alocpaticū: mirrha: sanguis draconis: tanq̄ familiarissime exiccantia non sunt posthabenda.

Pro vlceris sigillatione/cortices malorum granatorum flores malorum granatorum/primū locū tenēt.

Defensiuū guttur et fauciū ne vlceratōe molestēt.

℞. Aquā ros. in aliqua dosi et aliq̄ntulū suāch et modice car-nositatis ḡnati an. pistent et buliant cū aqua rosata colēt et in frigidēt quo fiat gargarismus antequā ylcera supuenerint Sed illorum presentia mūdificatis cum quadā addita stiptici-tate procedas vt melle rosato et alijs.

De his localibus medicinis: nulla certa poterit dari regl'a sed experti medici ingenio omia limitanda.

Finis.

Expere est apostema Colerum

[illegible] ... a parte ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]

[illegible] ... [illegible]

Ut [illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... Maurana ... [illegible]
[illegible]

[illegible] fiat ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] tabula ... [illegible]
[illegible]

[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]

Ut fiat ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... ambra ... [illegible]
[illegible]

In ... [illegible] tabula ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] Ut fiat ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible]

[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... [illegible]